



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

De clerico sacri senatus seu collegio reuerendiss. Card. in camera apostol.
residente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

Post procuratorem fiscalem sedet quoque commissarius eiusdem camerae Apostolicae, qui eiusdem camerae negocia tractare, gerere & exequi solet, quae ad iudicia non attinent. Is exactionibus publicisque functionibus, & vectigalibus, ac etiam annonae & cudendae pecuniae, aliisque cameralibus negotiis praest. Estque hoc munus ex sui natura non vulgare, cuius auctoritatem ostendit suo tempore Ioannes Baptista Brocchus Imolen. maior auunculus meus, qui auctoritate sui officij se ad ipsum munus ad eum euexit, ut totam Urbem, ac vniuersam Rom. Curiam machinam regere cunctis videretur, sed nostrae aetate humilioris vestrae conditionis, & omnia ferè, quae ad hoc munus spectant, Gubernator Thesaurarius, Praesidens & Procurator fiscalis gestant.

A N N O T A T I O N E S.

Commissarius. Non modicum etate superiore commissarij Camerae munus fuit. Nam edilis officio, Monetarium, denique Quaestoris fungebatur. Ceterum nostra etate his muneribus vacuus est. Cum Urbis Gubernator, Thesaurarius, Praesidens, Fiscique procurator illa veluti, quae ad eos pertinent, exerceant. Sic, ut Commissario Camerae illud euenisse videatur, quod Corniculæ, quae auihus prestare gloriabatur, sed cum illae pennas repeterent, nuda inuenta est, facete tamen dictum sit scio enim graues huic muneri viros praesse, quibus honorifica nec in praesentia deficit potestas. Nicolaus Anto. Grauiatius.

De Clerico sacri Senatus, seu collegio Reuerendiss.
Card. in camera Apostolica
residente.

C A P. X I.

Vlti.

Vltimus & post omnes residet is, qui in camera apostolica iura & prouentus Cardinalibus designat, & alia si quæ tractantur ipsos Cardinales tangentia tueretur & defendit.

De eadem Camerali audientia, deq; vtriusq; ripa foraneis iudicibus.

CAP. XII.

SUMMARIVM.

- 1 Audientia cameralis in hebdomada in palatio apostolico conuenire solet, & quid sit eius munus.
- 2 Causse ripales ad cameralem audientiam spectant, & cur causse ripales dicantur: & de vtriusque ripa.
- 3 Notarij decem sunt in camerali audientia, & eorum quid sit munus.

Sed postquam de membris cameræ Apostolicæ satis diximus, ad corpus ipsum cameralis audientiæ redeamus. Cōsuevit * enim hæc audientia ter in hebdomada conuenire in Pallatio Apostolico, & loco suo, quem propterea cameram vocamus Apostolicam, in qua publica, quæ diximus negotia tractantur, & audiuntur causse, si quæ species sunt præter eas, quas supra diximus ministris ad partem demandatas, utpote, si de mala diplomatum expeditione per ipsam Cameram facta, si de publicis functionibus, vectigalibus, & alijs publicis prouentibus cum Ecclesiasticis ex vniuerso orbe, tum temporalibus ex statu Ecclesiæ temporali, siue inter officiales Romanæ Curie, quibus pro maiori parte designata sunt, siue inter ipsos publicanos

exa-